

DIONYSII
PETAVII
E SOCIETATE JESU,
DE
DOCTRINA
TEMPORUM
LIBER DECIMUS TERTIUS.

QUI CHRONOLOGIAM, HOC EST TEMPORUM SERIEM, ET USUM
Doctrinae fructumque continet.

Anni Per-Jul. * O	Anni Mundi.	Anni Ante Chr.
730 8 2 E	0	3984

MUNDUS à Deo conditus est autumni tempore. Vide lib. ix. cap. vii.

Prima dies incidit in xxvi. Octobris, feriámque primam. quo die æquinoctium *πλευτικὸς* contigit ex Tabulis lib. vii. At ex Parisinis octavi libri, *ἀνεπέδες* commissum est Octobris xxiii. feria v. hora 21, 52'. Hierosolymis. Novilunium quoque verum contigit Octobris xii. hora 11, 22'. à media nocte. Unde Luna xv. mundus fabricari cœptus. Hoc enim die supremum cœlum, lucem & Angelos procreavit.

Secunda die, Octobris xxvii. feria ii. firmamentum productum est: aquæ ab aquis sejunctæ.

Tertia die, Octobris xxviii. feria iii. collectis in unum locum aquis emerit terra, ac germinare cœpit, & stirpium plantarumque genera omnia propagavit.

Quarta die, Octobris xxix. feria iv. Sol & Luna, reliquique planetæ, & stella procreantur.

Quinta die, Octobris xxx. feria v. pisces ex aqua, indidimque volucres oriri jubentur, ac suis quique stationibus attribuuntur.

Sexta die Octobris xxxi. feria vi. animalia terrena produxit Deus. Tum postremum, qui imperaret universis, Adamum de limo terræ formavit ad imaginem, & similitudinem suam. Post ex ejus dormientis latere Evam conjugem finxit.

Septima die, Novembris i. feria vii. requievit Deus, ac diem Sabbati sanctificavit.

Paullo post Adamus apud Deum offendit, ac felici domicilio dejectus est.

CAIN nascitur.

ABEL nascitur.

CAIN Abelem innocentem occidit.

ADAM genuit Seth anno ætatis suæ centesimo trigesimo. Gen. v. 3.

ENOCH à Setho gignitur anno ætatis cv. Genef. v. 6.

ENOCH natus annos xc. genuit Cainan. Gen. v. 9.

CAINAN genuit Malaleel anno ætatis lxx. Gen. v. 12.

MALALEEL genuit Jared annos natus lxxv. Gen. v. 15.

JARED genuit Enoch anno vitæ clxii. Gen. v. 18.

ENOCH genuit Mathusalem anno ætatis suæ lxxv. Gen. v. 21.

MATHUSALEM genuit Lamech anno ætatis clxxxvii. Gen. v. 25.

ADAMUS primus parens moritur annos natus 930.

Per-Jul. * O	Mundi.	Ante Chr.
731 9 3 D	1	3983
732 10 4 C	2	3982
859 4 19 E	129	3853
860 5 20 D	130	3852
905 15 13 FE	175	3807
1055 10 19 E	325	3657
1125 4 5 BA	395	3587
1190 12 14 D	460	3522
1352 3 8 E	622	3360
1417 11 17 AG	687	3295
1604 5 8 E	874	3108
1600 7 8 C	870	3112

ENOCH

Per-Jul. * O	Mundi.	Ante Chr.
1717 7 9 DC	987	2997
1772 5 8 E	1042	2942
1786 19 11 A	1056	2928
1870 8 12 A	1140	2844
1965 8 8 BA	1235	2749
2020 6 4 C	1290	2694
2152 5 14 F	1422	2562
2266 4 16 C	1536	2448
2288 8 10 D	1558	2426
2385 10 5 BA	1655	2329
2386 11 6 G	1656	2328

ENOCH cum Deo placeret, raptus est anno ætatis 365. Gen. v. 24.

SETH Adami filius anno vitæ 912. moritur. Gen. v. 8.

LAMECH natus annos 182. genuit Noë. Gen. v. 28.

ENOCH moritur anno ætatis 905. Gen. v. 11.

CAINAN moritur anno ætatis 910. Gen. v. 14.

MALALEEL obiit anno vitæ suæ 895. Gen. v. 17.

JARED moritur anno ætatis 962. Gen. v. 20.

NOË centum & viginti annis ante diluivum de futura mundi calamitate, deque arca fabricanda responsum accipit. Ita quippe locus ille Gen. vi. 3. accipiendus est. Tum verò mortales omnes tam facto ipso, quam verbis ad poenitentiam incitavit.

Noë annos natus 502. genuit Sem. Gen. xi. 12.

MATHUSALEM obiit anno ætatis 969. paullo ante diluivum.

Anno mundi labente 1655. à Januario, ineunte verò 1656. ab Octobri, ac rerum conditu, Diluivum accidit. Mensis primus iniiit Octobris x. feria iii. Mensis secundus Novembris ix. Itaque decima septima die mensis secundi, Novembris xxv. pluviz cœperunt; & Noë arcam ingressus est. Quadraginta porrò diebus continue pluit; quod Decembris xxvi. die, feria iii. fieri desit. Eodem intervallo aquæ ceteræ vehementius inundarunt, ac terram univerfam operuerunt: sic ut quindecim cubitis supra montium vertices emerent. Hæc Gen. cap. 7, 51.

Hujus anni majorem partem diluivum occupavit. Postquam diebus centum & quinquaginta partim ingentibus pluviis, partim inundante mari auctæ in immensum aquæ terram obruerunt, deinceps imminui cœperunt à die xvii. mensis æquabilis septimi, qui est Aprilis xxiv. feria 3. Inde xxvii. die mensis ejusdem, hoc est undecimo postquam imminui cœptæ sunt, Maii iv. feria vi. requievit Arca super montes Armenia. ut habet editio Latina vulgata. Postea decimo mense, prima die apparuerunt cacumina montium, Julii vii. feria vii. Post dies xl. Noë corum emisit ex arca, Augusti xvi. feria v. qui non est reversus. Post septem dies, Augusti xxiii. feria v. columbam dimisit: quæ cum in sicco pedem figere non posset, ad eum revertitur. Igitur post septem alios dies, hoc est Augusti xxx. feria v. iterum emisit columbam: quæ ad eum reversa virentem oleæ ramum attulit. Rursus post septem dies, Septembris vi. feria v. columbam dimisit: quæ non est reversa. Evolutum anno sexcentesimo Noëmi, &

Part II.

incunte sexcentesimo primo, mense primo; id est Octobris x. feria vii. siccatissimam aquis, Noë tectum arce diduxit. Mense deinde xxvii. nempe Decembris viii. feria vii. secundo die, iussu Dei Noë ex arca digressus est, ac Soteria celebravit.

ARPHAXAD filius Sem nascitur, cum is centesimum annum ageret. Gen. xi. 11.

SALE nascitur anno Arphaxad 35. Gen. xi. 12.

SALE anno xxx. genuit Heber, com. 14.

HEBER anno xxxiv. genuit Phaleg, com. 15.

REU nascitur anno Phaleg xxx. com. 16.

SUB hunc annum propagata jam humani generis sobole, cum propediem dividendose, ac varias in orbis regiones spargendose mortales intelligerent, idque ex Heberis vaticinio scirent, ingentem turrim in campo Sennaar extruxerunt. Sed Dominus linguas illorum confudit. unde loco nomen inditum. Exinde distributis per orbem gentibus regna constituta sunt.

Assyriorum igitur imperium hoc ferè anno primordium habuit. Hujus conditor à profanis Belus; à sacris historicis Nembroth ille nominatur, *robustus venator coram Domino*, nepos Chami, qui Babylonem condidit. Gen. x. 10. Ad idem tempus referenda sunt Arabum, & Ægyptiorum regna, quæ in Eusebii Chronico fabulosa vetustate supra diluivum extenduntur. De qua re vide lib. ix. de Doctr. Temp. cap. xiiii.

SARUG nascitur anno Reu xxxii. Gen. xi. 20.

SICYONIUM regnum circa hunc annum initium accepit. Lib. ix. de Doctr. Temp. cap. xvi. biennio antevertimus. Sed hic annus placet. Primus regnum tenuit Ægialus, à quo Ægialia Peloponnesus appellatur.

NACHOR avus Abraami nascitur anno Sarug xxx. Gen. xi. 22.

SICYONIUM secundus rex Eurus iniiit, qui regnavit annis xlv.

MORTUO Belo, qui regnavit annos lxxv. Ninus imperavit. Is Niniven extruxit, eaque regni sede delecta, Assyriorum proprie dictum fundavit imperium. Hic est Assur, id est Assyrius ille, de quo Gen. x. 11. Ab eo gentium historie profiscuntur. Cujus gesta Diodorus Siculus libro ii. memorie prodidit.

Hic Arabes, Armenios, Medos, univerfam denique Asiam septemdecim annis ditioni suæ subiecit. Urbem Ninum longè amplissimam condidit c. stadiorum longitudine, latitudine xc. ambitu cccclxxx. Postremò Bagrianis in potestatem redactis, Semiramidem duxit, ex eaque Ninyan filium suscepit.

THARE nascitur anno Nachoris xxix. Gen. xi. 24.

N n a Sicyo-

Per-Jul. * O	Mundi.	Ante Chr.
2388 13 8 E	1658	2326
2423 10 15 C	1693	2291
2453 2 17 AG	1723	2261
2487 17 23 G	1757	2227
2517 9 25 ED	1787	2197
2539 12 19 AG	1809	2175
2549 3 1 GF	1819	2165
2550 4 2 E	1820	2164
2579 14 3 D	1849	2135
2602 13 26 C	1872	2112
2604 1 28 A	1874	2110
2608 5 4 C	1878	2106

DE DOCTRINA TEMPORUM,

Per. Jul. * O	Mundi.	Ante Chr.
2647 15 6 C	1917	2067
2656 24 15 G	1926	2058
2667 7 7 F	1937	2047
2678 18 18 P	1948	2036
2688 28 9 A	1958	2026
2692 4 13 E	1962	2022
2697 9 18 DC	1967	2017
2698 10 19 B	1968	2016
2706 10 9 B	1996	1988
2727 11 10 A	1997	1987
2736 20 19 D	2006	1978
2744 28 8 A	2012	1970
2747 2 11 D	2017	1967
2749 5 13 BA	2019	1965
2752 8 16 E	2022	1962

SICYONIUM tertius rex Telchin annis xx. Eusebius.

NISUS hoc anno moritur, postquam regnavit annos lxi. Hic Ninyam filium impuberem reliquit. cuius nomine primum Semiramis imperium administravit: deinde ad sese transtulit, ac duobus & quadraginta annis obtinuit. Ab ea condita dicitur à Græcis Babylon. Sed auctam, & amplificationem potius interpretamur, & admirabili murorum ambitu eintam; cuius circuitus stadia colligebat ccccxxx. erantque latera quatuor, singula cxx. stadiorum. Herod. Clío. De rebus ab ea gestis Diod. lib. 11.

SICYONIUM quartus rex Apis annis xxv. Euf.

THARE septuaginta natus annos Abrahamum genuit. Gen. xi. 26. Vide lib. ix. cap. xviii. anno post diluvium 292. Semiramidis 23. Api Sicyoniis duodecimum annum regnante.

Hoc anno Sara nascitur eodem quo Abrahamus patre, sed matre diversa. Illud ex Gen. xvii. 17. hoc ex xx. 12. colligitur.

SICYONIUM v. rex Thelxion annis lxi. Euseb.

A B hoc anno Eusebiani Chronici epocha progreditur: & quidem ab Autumno. Vide lib. ix. cap. i.

NINYAS Nini & Semiramidis filius matrem concubitu suum peitentem interficit, ac regnare Assyriis incipit. Qui contentus elaborato à parentibus imperio belli studia depulit, ac veluti sexum cum matre mutasset, raro à viris visus, in femininarum turba consenuit. Justinus i. Diod. lib. 11.

ARPHAXAD obiit anno atatis ccccxxviii. Gen. xi. 13. Phaleg quoque moritur anno vitæ ccccxxix. com. 19.

NACHOR avus Abraami moritur anno atatis cxlviii. Gen. xi. 25.

NOE natus annos dccccl. moritur, post diluvium annis ccl. Abraami anno lxx. Gen. ix. 29.

Eodem anno quintus Assyriis regnare cepit Arius. Euseb.

SICYONIUM sextus rex Ægyptus annis xxxiv. Euseb.

Eodem anno circiter Codorlahomor rex Elamitarum Sodomæ, Gomorrhæ, ac finitimarum civitatum regulos sub imperium redegit. Gen. xiv. 1.

ABRAAMUS anno atatis lxx. cum esset in Chaldaea, primò vocatus est à Deo, ac peregrinari iussus. Qui in Mesopotamiam cum patre migrans Charran habitavit. Act. vii. 4. De anno lxx. Hebræorum traditionem amplectimur. Lib. ix. cap. xvi.

SARUG obiit, cum vixisset annis cccc. Gen. xi. 23.

ABRAAMUS cum in Mesopotamia quinque jam hæssisset annis, à Deo secundò vocatus, & in Chananaam proficisci iussus est, natus annos lxxv. Itaque relicto patre, ac fratribus, abiit cum Sara uxore, Lo-

Per. Jul. * O	Mundi.	Ante Chr.
2753 9 17 DC	2023	1961
2756 12 1 G	2026	1958
2757 13 2 FE	2027	1957
2761 18 7 P	2032	1952
2761 19 8 E	2033	1951
2766 22 11 A	2036	1948
2776 4 2 C	2046	1938
2806 6 28 G	2076	1908
2813 13 1 FE	2083	1901
2814 14 2 D	2084	1900
2817 17 5 AG	2087	1897
2813 13 11 G	2093	1891
2836 8 5 E	2106	1878
2837 9 6 DC	2107	1877

to, ac tota familia, & in Sichein pervenit: ubi Dominus apparuit illi, & Chananaam promisit. Ibi altare Deo constituit Abram. Inde progressus tabernaculum fixit inter Bethel, & Hai. Gen. xii.

CUM in Chananaam vehementes fames incubisset, Abram in Ægyptum profectus est, ac Saram uxorem sororem appellavit. Gen. xi. 10. Regressus ex Ægypto rediit eò unde venerat. Ubi, quod angustior esset ager, quam ut amborum gregibus sufficeret, à Loto separatus est. Hic Sodomam habitavit: ille ad convallem Mambre in Hebron. Mox Dominus terram ei possidendam, ejusque stirpi daturum se pollicetur.

REU moritur atatis anno ccccxxx. Gen. xi. 21.

Hoc ferè tempore quatuor federati reges, Codorlahomor cum tribus aliis, adversus quinque, Sodomæ, Gomorrhæ, & aliarum civitatum principes, qui anno superiore ab imperio defecerant, felici exitu pugnarunt; atque inter captivos alios Lotum cum omni familia secum abduxerunt. Cujus rei accepto nuncio Abrahamus partim domesticis copiis, partim auxiliariis fretus, ex improvise victores adortus magna strage cecidit; ac Lotum, captivisque ceteros reduxit. Redemptum xeniis, & oblatione in typon veri & incruenti sacrificii, Melchisedecus excepit rex Salem. Hec est Hierosolyma. Atque is vicissim primitiis ab Abrahamo donatus est. Gen. xiv.

Postea per visum Abraamo Dominus propediem filium heredemque promittit, ac posterorum suorum servitutem denunciat. Gen. xv.

Apud Cretam Cres indigena regnavit, & Cnoson condidit. Euseb.

Post annos decem, quam Abrahamus Chananaam incolere cœperat, Sara sterilem se videns Hagarem ancillam viro suo permisit. Ea cum prolem concepisset, dominam contemnens, & ab eadem afflicta fugit in desertum: sed Angeli monitu reversa, dominæque subdita. Gen. xvi. 3. & sequentibus.

AGAR Ismaëlem peperit; cum annum ageret Abrahamus lxxxvi. Gen. xvi. 16.

ASSYRIORUM regum sextus iniiit Aralius. Euseb. annis xl.

ABRAAMUS cum xcix. annorum cœpisset esse, & Ismaël tredecim implevisset, Circumcisionis mandatum accipit, Gen. xvii. & 25. cum mutato nomine Abraham nuncupatus esset. Eodem anno in valle Mambre tres Angelos excepit hospitio: qui & ipsi filium promittunt, & imminem Sodomis vastitatem significant. Sub vesperam Angeli duo Sodomam intrantes, & à Loto humaniter accepti, hunc ab ingruenti clade subtrahunt. Nam diluculo quatuor oppida, Sodomam, Gomorrham, Adamam, & Seboim igneus imber, sulphure, ac pice temperatus absumpsit; durante in hodiernum usque diem consecrata gentis, & divinæ animadversionis exemplo. Nam regio ipsa pigrum, & horrentem in lacum conversa

LIBER DECIMUS TERTIUS.

Per. Jul. * O	Mundi.	Ante Chr.
2837 9 6 DC	2107	1877
2836 8 5 E	2106	1878
2813 13 11 G	2093	1891
2817 17 5 AG	2087	1897
2814 14 2 D	2084	1900
2813 13 1 FE	2083	1901
2806 6 28 G	2076	1908
2801 1 9 E	2072	1912
2778 6 4 G	2048	1936

verfa perpetuis vaporibus exaltat, ac finitimum agrum ad octo passuum millia pessifero halitu sterilem facit. Lot vero cum Segor oppidulum communi calamitati precibus suis exemisset, inde viciniam secessit in montem, ubi per noctem, & ebrietatem nefario ab filiabus incestu polluitur. ex quo Moab, & Ammon totidem populorum auctores exsisterunt. cap. xviii. & xix.

ABRAAMUS in Geratis peregrinatur: cuius uxorem Dominus ab Abimelechi flagitio totatus est. Gen. xx.

Isaac centenarius jam Abrahamo nascitur de Sara conjugè nonagenaria: isque octavo die circumciditur, & à matre lactatur. Gen. xx.

Eodem anno Moab & Ammon nati sunt. cap. xix. 37.

Sicyoniorum rex septimus Thurmachus regnare cœpit, & annos xlv. imperavit. Euseb.

SARUG moritur atatis anno cccc. Gen. xi. 23.

ISAAC cum esset annorum quinque, ut putat S. Hieronymus in Quæst. Hebr. in Genes. ablatatus est: quo nomine pater illius grande convivium dedit. Ismaëlem cum Isaac prociacius colludentem Sara videns cum matre Agare domo sua deturbavit. Qui in deserto Pharan habitans Ismaëlitum genus à seipso propagavit. Gen. xxi. Eodem tempore Abrahamus fœdus cum Abimelecho sanxit: Ibid.

Hoc anno Isaac annos natus xxv. ut auctor est Josephus lib. i. Orig. cap. xiv. à patre immolandus, Deo jubente, siltitur in monte Moria. Sed ejusdem Dei monitu neci subtrahitur. Abraamo verò in tante pietatis, & obedientiæ præmium, innumerabilis posteritas, & ex eadem nascitur Messias ostenditur. Gen. xxii.

ASSYRIORUM rex septimus Xerxes imperium auspicatur, quod annis xxx. tenuit. Euseb.

THARE cum annorum esset ccv. moritur, Abrahamo annum cxxxvi. agente. Gen. xi. 32.

SOCERI mortem Sara obitus excepit: quæ annum agens septimum & viceesimum supra centesimum, excessit è vita. Gen. xxiii. 1. Ad eam sepeliendam Abrahamus speluncam duplicem cum agello in Hebron pretio comparavit.

ISAAC annos nato xl. conditionem quarit Abrahamus ex ea tribu, quæ terra, unde erat oriundus. Quam in rem servum in Mesopotamiam ad Nachoris fratris sui domum destinat; qui Rebeccam inde ad Isaacum abduxit, Gen. xxv.

Secundum hæc Abrahamus Cethuram duxit; è qua sex filios genuit. Ibid.

SICYONIS octavus regnat Lencipius annos lxi. Euseb.

ASSYRIUS octavus Armamithres imperare cœpit, annis xxxviii.

ISAAC sexagenarius pro sterili conjugè Dominum precatur. quæ duos simul enixa est, Esau, & Jacobum. Gen. xxv. 26.

Per. Jul. * O	Mundi.	Ante Chr.
2852 24 2 F	2122	1852
2855 27 5 B	2125	1859
2857 1 7 GF	2127	1857
2874 18 5 F	2144	1840
2876 20 7 D	2146	1838
2877 21 8 CB	2147	1837
2888 4 19 C	2158	1826
2900 16 12 B	2170	1814
2907 23 19 G	2177	1807
2909 25 2 ED	2179	1805
2914 12 7 E	2184	1800
2921 9 14 DC	2191	1793
2922 10 15 B	2192	1792
2923 11 16 A	2193	1791
2914 12 17 G	2194	1790
2925 13 18 FE	2197	1789
2916 14 19 D	2196	1788
2917 15 1 C	2197	1787
2918 16 2 B	2198	1786

Per. Jul. *	Mundi.	Ante Chr.
1932	2202	1782
20 26 D		
1934	2204	1780
22 8 A		
1936	2206	1778
24 10 F		
1944	2214	1770
4 18 C		
1945	2215	1769
5 19 BA		
1946	2216	1768
6 1 G		
1947	2217	1767
7 2 F		
1951	2221	1763
11 6 A		
1955	2225	1759
15 10 C		
1956	2226	1758
16 11 B		
1957	2227	1757
17 12 AG		
1958	2228	1756
18 13 F		

DE DOCTRINA TEMPORUM,

piens à fœcero retinetur. Cap. xxx, 25.

Ogyges in Attica Eleufinam condidit. Eufeb.

Jacob expletis apud fœcerum annis viginti, cum ſibi parum æquum hominem experiretur, clam auſugit. Laban fugientem aſſecutus Dei monitu reconciliatur, ac fœdus cum genere ſancit. Genef. xxxi. Eſau fratrem valdè reformidans ab Angelo confirmatur; illum muneribus, & officiis ſibi conciliat. cap. xxxii. & xxxiii. Primum in Sochoth habitabat annis circiter duobus. cap. xxxiii, 17. Vide lib. ix. cap. 19.

Hoc anno circiter Jacob è Sochoth migravit Salem urbem Sichimorum, & agrum ibi ab filiis Hemor pretio redemit. com. 19. atque octo circiter annis illic habitavit.

Post annos decem, quàm Jacob è Meſopotamia reverſus erat; Dina xvi. ætatis anno per ſolenne loci illius feſtum videndi ſtudio progreſſa, à Sichem principis filio ſuprum patitur. Quo comperto Simeon & Levi Dina fratres circumventos dolo Sichimitas ex improviſo irruentes opprimunt, & ingenti cæde fororis injuriam ulciſcuntur. cap. xxxiv. Erat tum Simeon annorum xxi. menſium iv. Levi annorum xx. menſium iv. ait Demetrius apud Eufeb. de Præparat. Evangelic. ix. pag. 248. Dina porrò xvi. circiter annorum. Jacob monitus à Deo Bethel petit, ibique altare Domino ſtatuit; cum prius ab univerſa familia Deorum omnia ſimulacra & inaufes eorum extorſiſſet, ac ſub terebintho ad Sichem deſediſſet. cap. xxxv, 3.

Rachel ex partu obiit, cum prius Benjamin eſſet enixa, com. 10. Vixit illa cum Jacob annos xxiii. ut idem Demetrius aſerit.

Joſephus anno expleto xvi. à fratribus ob invidiam negotiatoribus Madiantis venditus eſt, & in Ægyptum deductus Putiphari præpoſito Pharaonis traditus eſt. cap. xxxvi.

Eodem tempore Judas anno atatis viceſimo Chanaanam conjugem duxit, ex qua natus eſt Her, cap. xxxviii, 3.

Caath hoc anno naſcitur Levi filius.

Onan Judæ ſecundus filius naſcitur. com. 4.

Sela tertius Judæ filius naſcitur. com. 5.

Hoc tempore Job naſci potuit ex Zara nepote Eſau. Vide libro ix. cap. xx.

Joſeph ab uxore Putipharis ad ſtuprum ſolicitatus, cum faciinus detrectaret, falſi criminis inſimulatus, & in carcerem conjeſtus eſt. Genef. xl.

Joſeph in carcere degens pinceræ Pharaonis ac piſtoris ſomnia decelat. Ibid.

Thamar conjux Judæ Her filio datur. Gen. xxxviii, 6.

Onan Judæ filius ducit Thamar; ſed ob nefariam libidinem divinitus occiditur. Gen. xxxviii, 7.

Post biennium, quàm pinceræ Pharaonis carcere ſolutus eſt, Pharaoni ſomnium oblatum eſt. ad quod interpretandum Joſephus eodem ex carcere producit, ac toti Ægypto præficitur. Gen. xli. Erat tum annos natus xxx. com. 45. Cui quidem Putipharis ſacerdotis Heiopolitæ filiam uxorem dedit Pharao. com. 45.

Iſaac eodem anno moritur anno atatis clxxx. Genef. xxxv, 28. cum Jacob & Eſau annos attingiſſent cxxi.

Ogyge regnante diluvium in Attica terra contigit, annis ante Deucalionem cccxxviii. ut ait Cedrenus; Phoroneo regnante. quod Eufebius perperam in Ægypto refert accidiffe; & biennio tantum citius ponit; non, ut quidam exiſtimant, quadriennio, vel quinquennio.

Assyriorum undecimus rex Sethos annis xxxii. Eufeb.

Hoc anno Thamar ex inceſtu peperit geminos Pharez, & Ezron.

Argivorum tertius rex Apis annis xxxv. Eufeb.

Jacob in Ægyptum Joſephi filii ſui invitatus profectus eſt cum univerſa familia anno atatis cxxx. Gen. xlvii, 9. anno Joſephi labente xl. ſterilitatis anno ineunte tertio. Genef. xlv, 6. Vide lib. ix. cap. xix.

Sicyoniorum rex undecimus Plemnaus, annis xlviii.

Telchines Peloponneſo pulſi Rhodum incolunt. Eufebius.

Memphis ab Api condita. Eufebius.

Jacob cum in Ægypto annos xvii. exegiſſet, mortuus eſt anno atatis exacto cclvii. Genef. xlvii, 27. Joſephus tunc agebat lvii. ætatis annum. Funus magnificè curatum; corpus, ut vivens optaverat, in majorum ſepulchro conditum. cap. l.

Assyriorum duodecimus rex Mamythus annis xxx. Eufeb.

Sparta condita eſt à Sparto Phoronei filio. Eufeb.

Hoc fere tempore Job Deo permittente exercetur; & à Satana cum domeſticis calamitatibus, ac liberum clade miſeranda; tum ulcere graviffimo, ac variis incommodis afficitur. Vide lib. ix. cap. xx.

Quartus Argivorum rex iniiit Argus; annis lxx. Eufeb.

Sicyoniorum duodecimus rex Orthopolis annis lxxiii. Eufeb.

Assyriorum decimus tertius rex Aſcharius, annis xxviii. Eufeb.

Amram Moſis pater hoc anno naſcitur, patre Caath tum annum atatis lxxx. explente. Itaque corrigendus Demetrii locus apud Eufeb. ix. de Præp. ubi ſcriptum eſt τῶν μ', id eſt xl. fuiſſe; legendumque τῶν η' id eſt lxxx. Natum enim eſſe dicit annis xiv. ante mortem Joſephi.

Prometheus, qui ferus homines ad humanitatem tranſtulit, hoc

Per. Jul. *	Mundi.	Ante Chr.
1961	2231	1753
21 16 CB		
1967	2237	1747
27 3 B		
1969	2239	1745
1 5 GF		
1973	2243	1741
5 9 BA		
1975	2245	1739
7 11 F		
1984	2254	1730
16 1 B		
1993	2263	1721
25 10 ED		
1996	2266	1718
28 13 A		
3000	2270	1714
4 17 C		
3002	2272	1712
6 19 G		
3017	2287	1697
21 15 CB		
3023	2293	1691
27 2 B		
3025	2295	1689
1 4 GF		
3029	2299	1685
5 8 BA		

LIBER DECIMUS TERTIUS.

Per. Jul. *	Mundi.	Ante Chr.
3038	2308	1676
14 17 D		
3051	2323	1661
1 13 GF		
3061	2331	1653
9 2 DC		
3068	2338	1646
16 9 B		
3071	2341	1642
19 13 D		
3076	2346	1638
24 17 GF		
3080	2350	1634
28 2 A		
3096	2366	1618
8 18 B		
3097	2367	1617
17 19 AG		
3100	2370	1614
10 3 D		
3103	2373	1611
13 6 G		
3110	2380	1604
2 15 B		
3116	2386	1598
10 10 F		
3120	2400	1584
12 24 A		
3137	2407	1577
1 2 GF		
3139	2409	1575
3 4 D		
3143	2413	1551
7 8 F		
3029	2299	1685
5 8 BA		

hoc tempore vixiſſe quidam memorant. Eufeb.

Joſeph expletis annis ætatis cx. moritur. Genef. l, 22. & 25. anno circiter lxxi. ex quo Jacobus in Ægyptum venerat; ſuperſteſque patri fuit annis lxxx. Hinc ad migrationem ex Ægypto numerantur anni cxlv.

Assyriorum decimus quartus regnavit Spharus annis xxii. Eufebius.

Levi moritur anno atatis cxxxvii. Exod. vi, 16.

Caath moritur anno vitæ cxxxviii. Exod. vi, 19.

Argivorum quartus regnavit Criafus annis liv. Eufeb.

Prima apud Argivos ſacerdotio functæ eſt Callithya. Eufeb.

Atlas Promethei frater hoc tempore vixit, qui cœliſer dicitur. Eufebius.

Sicyonis decimus tertius regnavit Marathon annis xxx. Eufeb.

Amenophis, quem nonnulli Memnonem putant, hoc anno cepit cujus ſtatua radiis contacta Solis vocem dabat. Eufeb.

Maria Amrami filia naſcitur patre lxxxiii. annum agente; ſeptem ante Moſen annis: ut Hebrais placet in Chron. Errat verò Chronicon Alex. quod Mariam uno anno Moſe juniorem facit.

Aaron naſcitur. Exod. vii, 7.

Assyriorum decimus ſextus regnavit Sparthaus annos xlii. Eufebius.

Moſes hoc anno naſcitur anno Amrami patris lxxxviii. auctore Demetrio apud Eufeb. ix. de Præp. Evang. Hic ad flumen expoſitus, à Pharaonis filia tollitur, & educatur. Exod. ii.

Sicyoniorum decimus quartus Marathus annis xx. Eufeb.

Argivorum ſextus rex Phorbas annis xxxv. Eufeb.

Sicyonis decimus quintus regnavit Echyreus annis lv. Eufeb.

Phorbas Rhodum obtinuit. qui inſulam à ſerpentum infeſtatione liberavit. Diodorus lib. v. Hygimus in Ophiucho.

Job ſub id tempus moritur annis ante migratam Ægyptum xlv. atatis clxxxix. poſt cladem ſolidis cxxxix. Vide lib. ix. cap. xx.

Assyrii xvii. regnavit Aſcatedes annis xxxvii. Eufeb.

Trochilus primus curram junxit. Eufeb.

Moſes annos natus xl. negat ſe filium filiz Pharaonis. Itaque gentiles ſuos inviſens Ægyptum quemdam, à quo Hebraus pullabatur, occidit. Mox ſupplicium metuens in Madiantidem profugit: & apud Jethro ſacerdotem divertens filiam ejus Sephoram duxit. Exod. ii. Contigit hoc anno atatis illius xl. ut ex Act. vii, 23. colligitur.

Athenienſium regnum hoc anno cepit, primique Cecrops regnavit. Convenit Eufebiano numero cccclxx. Sed in Judæorum regum Chronologia multum hallucinatus eſt Eufebius, qui annum illum Moſi imputat xxxv. cum lxxx. putari debuerit. Vide lib. ix. cap. xxxi.

Argivorum ſeptimus rex Triopas annis xlvi. Eufeb.

Amram Moſis pater moritur anno cxxxvii. Exod. vi, 20.

Chaldei contra Phœnices dimicant. Eufeb.

Deucalion in Parnaſſo regnare incipit. Eufeb.

Moſes ſub annum atatis lxxx. cum ad montem Oreb, qui & Sinai, greges paſceret, ardentem rubum conſpexit, & à Deo monitus ad populares ſuos rediit. In itinere, quòd filium ſuum non circumcidiffet, penè ab Angelo necatus eſt. Fit illi obviam Aaron. quo cum ad Pharaonem adit. Exod. iii. & iv.

Detrectante Pharaone Domini juſſa, Moſes multiplici calamitate Ægyptos atterit. Primò aquam fluminis virga percuffam vertit in ſanguinem: unde piſces emortui ſunt. Quod & Magi præſtiterunt. Secundò vim ranarum innumerabilem produxit. Tertio cyniphe & pediculos excitat è pulvere. Quarto muſcas & culices. Quintò peſte cuncta Ægypti pecora conſicit. Sextò ulcera turgentia, & urentia, ſparſo de camino cinere, hominibus ac jumentis inſigit. Septimò grandine, tonitru, fulgure homines, pecora, arbores herbæque cædit. Octavò locuſtas immittit, quæ fructus omnes, atque herbas adedunt, hominẽſque diſcruciant. Nonò triduanis tenebris denſiffimis aërem obducit. Decimò & ultimò primogenitos omnes interficit. Ita dimiſiſſe Iſraëlitzæ ductu Moſis, & auſpicis egreſſi ſunt. Vide lib. ix. cap. xxiv. Ante digreſſum primum Paſcha celebrarunt nocte illa, quæ inter xiv. & xv. diem Niſan interceſſit. Equinoctium medium tunc temporis incidebat in Aprilis v. Contigit enim ex Pariſinis tabulis Alexandriz hora 19, 14'. poſt mediam noctem. At verum equinoctium Aprilis iv. hora 10, 43'. Plenilunium medium incurrit in Apr. iii. feria v. hora 21. poſt mediam noctem. Verum autem hora 12, 18'. Neomenia Niſan Martii xx. hora 2, 42'. Credibile eſt ergo popularem Neomeniam Martii xx. conſtitutam eſſe: ita ut decima quarta in Aprilis ſecundum incidere, ac plenilunium in equinoctium civile, non cœleſte convenerit. Proinde Aprilis ſecundo, feria iv. ad veſperam; vel Judaico more appetente quinta feria, primum Paſcha celebratum eſt, in urbe Ramaſen.

Poſtridie, feria v. Aprilis iii. egreſſi ſunt Iſraëlitzæ anno cccvii. quàm Jacob in Ægyptum venerat. atque in Sochoth pervenerunt. Sequenti die caſtra metati ſunt in Echan.

Per. Jul. *	Mundi.	Ante Chr.
3156	2446	1558
10 2 D		
3161	2451	1553
25 7 ED		
3167	2457	1547
3 13 D		
3168	2458	1546
4 14 C		
3171	2461	1542
8 18 B		
3182	2472	1532
18 9 F		
3183	2473	1531
19 10 E		

Per-Jul. * O Mundi. Ante Chr.

DE DOCTRINA TEMPORUM,

Ethan. ubi columna nubis apparere cepit. Exinde juxta Phaphiroth ad mare rubrum castra posuerunt. Pharaon interim fugientes insequens cum copiis suis demersus est. Hac narratur Exodi, IV, V. &c. usque ad XV.

Quinta mansio fuit in Mara, cum triduo processissent. Cap. XV, 22. Sexta in Elim irriguum locum, & palmis confutum, com. 27. Septima ad rubrum mare: qua Num. XXXIII, 10. memoratur. Octava in deserta Sin: ubi farina deficiente manna de caelo pluit, & in castra coturnices illapsae. Contigit hoc die XVI. mensis secundi, qui est Iar, feria I. Maii IV. Exodi XVI, 1. Nona mansio in Daphca. X. in Alus. XI. in Raphidim: ubi propter sitim populare murmur exortum est: & Moyses virga saxum percussit, atque aquas exundit. Num. XXXIII. Hic Amalecitas Israelitis oppugnantes Josue duce profligati sunt. Jethro fover Moysen ad eum venit. Hac Num. XXXII. Exo. XVII. Deuter. XXV.

XII. mansio ad montem Sinai: ubi legem populus accepit, mense tertio. is est Siwan. (Exodi XIX, 1.) cujus Neomenia Maii XVIII. feria I. Sexta porro die, hoc est feria VI. Maii XVIII. lex a Deo data.

Eodem anno XVIII. Assyriorum rex Amyntes annis XIV. Euseb.

ANNO secundo exitus ex Aegypto, mense primo, die prima mensis, qua in April. VIII. feriam IV. incidit, Moyses tabernaculum erigit. Exod. ult. com. 15.

Aaronem, ejusque filios solenni ritu consecrat. Israelitarum principum dona sua tributum offerunt. Exod. XI. Deuter. X. Num. VII.

Pascha secundum a populo celebratum (uti scriptum est Num. IX, 1.) Aprilis XXI. ad vesperam, incunte feria III.

Vicesima die secundi mensis, qua in XXVIII. Maii, feriam IV. congruit; de solitudine Sinai profecti ad XIII. stationem perveniunt in solitudine Pharan. Num. X, 12. comitante, rogatu Moysi, Hobab ejus cognato, com. 29.

Ibi populi murmur caelesti incendio compressum. indidemque loco nomen inditum cap. XI. Sed & in tempestivum carnium desiderium, & stolidam vulgi contumaciam plurimorum strage multavit Dominus. In statione XIV. ad Asseroth, Maria & Aaron contra Moysen insurgentes a Deo repressi sunt. Cap. XII.

XV. statio in Rethma, & Cadesbarne, Num. XXXIII. & XII. Inde missi sunt exploratores in Chananaeam circa vindemiae tempus. Qui post XL. dies reversi cum populo terrificam omnia renunciantem, excepto Josue, & Caleb; ingens contra Moysen & Aaronem coorta seditio. Sed interveniente Domini majestate acerbis poenis rebellium pervicacia frangitur: aegreque ab omnium intereptione prohibitus Dei furor, in eorum mentem constitit, neminem ut ex tanta multitudine, qui ex Aegypto profecti, ac censiti fuerant, Palaestinam ingredi sineret. Itaque circumducto per ambages ac circuitus viarum po-

pulo, praeter duos illos, paulatim omnes exstincti sunt. Num. XIV. Triginta igitur & octo annis in deserto confederunt. Stationes vero, sive mansiones reliquas, numero XXV. (nam XL. in totum fuerunt.) Numer. cap. XXXIII. percenset.

Core, Dathan & Abiron nefariae defectionis auctores cum omni familia sua terra deficiens absorbitur. Num. XVI.

SICYONIS XVI. regnavit Corax annis XXX. Euseb.

CORINTHUS condita, qua prius Ephra dicebatur. Euseb.

DILUVIUM illud, quod Deucalionem dicitur, contigit annis CCCXXX. ante Trojanum excidium. Clem. Alex. I. Strom. ex veteri Chronologo.

AREOPAGI judicium Athenis constitutum. Euseb.

ATHENIS secundus regnat Cranaus annis IX. Euseb.

ARGIVIS VIII. regnat Crotopus annis XXI. Euseb. [Addebat hic Pausanias Corinth. pag. 58. Triopae filios Jasum & Agenorem facit. Crotopum vero post Jasum regnasse.]

SICYONIS XVII. regnavit Epopeus annis XXXV. Euseb.

Atheniensium tertius rex Amphigyon annis X. Euseb.

ANNO XI. incunte ab egressione Israelitarum venit Israel in desertum Zin in Cades, ubi Maria soror Moysi moritur, & sepelitur, annum agens CXXVI. Num. XX, 1. Josue prima die Xanthici mensis die Nisan, mortuam refert. Igitur Aprilis VII. feria 2. moritur. Paulo post Israelitis ob penuriam aquae murmurantibus, Moyses, & Aaron, quod Deo diffiderant, terra & ipsi promissae aditu prohibentur. Num. XX.

Moyses ab Idumaeo rege transitum petit, nec impetrat. Israelitaque iter rescedunt ad montem Hor, quem Moyses cum Aarone conscendit. Aaron Pontificis ornamentis exutus moritur. Novilunio Hecatombaeonem sive Loi, Judaici Ab: cujus Neomenia incidit in Augusti 3. feria I. anno vite CXXIII. Chanaan rex Arad ab Israelitis vincitur. Tum Seon Amorrhaeorum rex, qui habitabat in Efebon: & Og Basanitidis rex. Balac Moabitum rex Balaaum ariolum ad imprecandum auctoravit. Sed irrita conatu. Quare & ipse profligatur: cum ante populum in fraudem ac flagitium induxisset. Hac Num. XX, XXI. & sequentibus.

EXEUNTE anno quadagesimo ab exitu, Moyses jubetur a Deo conscendere montem Abarim: indeque promissam Israelitis regionem contemplari. Tum successorem sibi Josue designat. Rubenitis, Gaditis, ac dimidia tribu Manasse Seonis & Ogi regna dividit. Inde prima die mensis undecimi; (Is est Schebat: cujus Neomenia contigit Januarii XXVIII. feria IV.) Moyses Deuteronomium coram populo pronunciat. Deuteronom. I, 3. Demum ubi populo benedixit,

Per-Jul. * O Mundi. Ante Chr.

3185 2455 1509

3193 2463 1517

3200 2470 1524

3205 2475 1529

3206 2476 1530

3207 2477 1531

3215 2485 1539

3222 2492 1546

3223 2493 1547

3224 2494 1548

3225 2495 1549

3226 2496 1550

3227 2497 1551

3228 2498 1552

3229 2499 1553

3230 2500 1554

3231 2501 1555

3232 2502 1556

3233 2503 1557

3234 2504 1558

3235 2505 1559

3236 2506 1560

3237 2507 1561

3238 2508 1562

3239 2509 1563

3240 2510 1564

3241 2511 1565

3242 2512 1566

3243 2513 1567

3244 2514 1568

3245 2515 1569

3246 2516 1570

3247 2517 1571

3248 2518 1572

3249 2519 1573

3250 2520 1574

Per-Jul. * O Mundi. Ante Chr.

3251 2521 1575

3252 2522 1576

3253 2523 1577

3254 2524 1578

3255 2525 1579

3256 2526 1580

3257 2527 1581

3258 2528 1582

3259 2529 1583

3260 2530 1584

3261 2531 1585

3262 2532 1586

3263 2533 1587

3264 2534 1588

3265 2535 1589

3266 2536 1590

3267 2537 1591

3268 2538 1592

3269 2539 1593

3270 2540 1594

3271 2541 1595

3272 2542 1596

3273 2543 1597

3274 2544 1598

3275 2545 1599

3276 2546 1600

3277 2547 1601

3278 2548 1602

3279 2549 1603

3280 2550 1604

3281 2551 1605

3282 2552 1606

3283 2553 1607

3284 2554 1608

3285 2555 1609

3286 2556 1610

LIBER DECIMUS TERTIUS.

benedixit, & canticum cecinit, ascendit in montem Nebo, in verticem Phasga, qui in campetribus Moab situs est. indeque Palaestinam prospicit; ac subinde moritur anno atatis CXX. neque quisquam sepulturae illius locum cognovit. Deuter. XXXIV, 6, 7. Mortuus est vero sub finem mensis undecimi; puta XXV. Februarii. Israelita diebus XXX. in lectu fuerunt, com. 8. Quare desit lectus ultimo die mensis duodecimi; puta Martii XXVII. Neq. admittenda videtur Hebraeorum traditio; qui Moysen septima die Adar natum, ac mortuum putant. Si quidem triceni illi dies lectus desinerent in octavam diem vel septimum Nisan. Indeque ad X. Nisan triduum ad summum superesset. quod historiae sacrae minus congruit. Nam post lectum missi sunt exploratores, qui triduo in monte delinuerunt. Jos. II, 22. Tum decimo die mensis primi Jordanem transierunt, cap. IV, 19. Ita Tornellus. Quod & descriptioni nostrae congruit, qua annum antecedentem embolismaum adstruit; hunc vero comunem. Quod si intercalarem hunc ipsum constituere velimus, eique duplicem Adar tribuere, poterit Judaeorum illa traditio teneri.

Reveris igitur exploratoribus, quos Rahab meretrix exceperat, & incolumes praestiterat, Judaei Josue duce ad Jordanem veniunt, ibique triduum morati, demum siccatu amne transeunt, decima die Nisan, hoc est Aprilis VI. feria 2.

Post hac circumcisus est populus ad Galgala: & Pascha rite celebratum Aprilis X. feria VI. actum manna defecit, cum jam novis frugibus vescerentur, Josue VI, 12. Exin Hierichuntum validissimum oppidum aggressi, circumlata per septem dies arca, & mombus sponte sua prostratis, diripiunt, & incendunt. Jos. VI. Reliqua deinceps oppida, Hai, Gabaeonem, & alia quam plurima in potestatem redigunt. ac sex totis annis maximam promissae terrae partem occupant. Josue XIV, 10.

ATHENIENSIVM quartus rex Erichthonius annis I. Euseb.

LACEDEMON hoc anno condita. Euseb.

HOC anno agrorum divisione facta, primus annus *Argivorum* impunitatur: qui est sextus ab ingressu Palaestinae. Vide lib. IX. cap. XXVI.

Argivorum nonus, & Inachidarum ultimus Shenelus annis XI. regnat. Assyriorum regum XIX. Blochus annis XXV.

HOC anno primus Sabbaticus ab Autumno cepit; labente ab ingressu anno duodecimo. Vide caput idem XXVI.

JOSUE quatuordecim annos praefectura perfunctus moritur; aut saltem initio sequentis. Vide cap. XXXIII. lib. IX. Deinceps seniores post ipsum X. annis vixerunt. Josue ult. com. 31.

STRENELO mortuo regnavit Argis Gelanor. Quem cum Argivi pepulissent, regnum Danao Aegypto exuli tradiderunt. Hic Aegypti fratris quinquaginta filios per totidem de-

ponas illis filias interfecerat. Regnavit igitur annis I. Euseb.

HISTORIA Michae, & Danitarum, qua Jud. XVIII. exponitur. tum Benjaminitarum cum reliquis tribubus confictus.

PRIMA Judaeorum servitus, quando Chufani Mesopotamiae regi traditi sunt annis octo. Jud. III, 8.

SICYONIS XVIII. regnavit Laomedon annis XI. Euseb.

ASSYRIIS XX. regnavit Balatores annis XXX. Euseb.

ISRAELITIS Domini auxilium implorantibus, misit ille Othonielem Calebi generum & fratrem, qui Chufanum oppressit. Jud. III, 11.

PRIMUS ergo post Josue judicariam potestatem obtinuit Othoniel annis XI.

PHOENIX & Cadmus Thebis Aegyptiis profecti Tyrum & Sidonem obtinent. Euseb.

TEMPLUM Delphici Apollinis incenditur a Phlegya. Euseb.

EUROPA Asterii Cretensium regis uxor a Jove compressa: ex qua Minos, Rhadamanthus, & Sarpedon nati. Euseb.

IDEAE montis conflagratio annis LXXXIII. post diluvium Deucalionis: ut memorie prodidit Thrasyllus apud Clem. Alexand. lib. I. Strom. quando & ferri usus inventus est ab Idaeis Dactylis.

ATHENIENSIVM quintus regnavit Pandion annos XI. Euseb.

PRIMUS Jubilaeus ab autumno cepit anni hujus. Vide lib. IX. cap. XXVII.

ASSYRIIS XXI. regnavit Lamprides annis XXX. Euseb.

ARGIVORUM X. regnavit Lynceus annis XI. Euseb.

SICYONIS XIX. regnavit Sicyon annis XIV. Euseb.

SECUNDA Judaeorum servitus incipit: quando ab Eglone Moabitum rege XVII. annis oppressi sunt. Jud. III, 12.

AMPHION & Zethus fratres Thebis in Beotia regnant. Euseb.

IN Dardania regnat Erichthonius Dardani F. Euseb.

EPHYRA, qua & Corinthus, a Sisypho frequentari coepit. Euseb.

MINOS in Creta hoc tempore regnabat. Euseb.

EXPLETA XVIII. annorum servitute, populus ad mentem reveris Dei misericordiam implorat. qui tertium post Josue Aod judicem excitavit. isque annis LXXX. praefuit. III. Jud. 30.

ASSYRIIS XXII. regnat Sofares annis XX. Euseb.

ATHENIENSIVM VI. regnat Erechthens Pandionis F. annis XI. Euseb.

DIONYSIVS, qui & Liber, e Semele nascitur. Euseb.

Per-Jul. * O Mundi. Ante Chr.

3245 2515 1469

3247 2517 1467

3250 2520 1464

3253 2523 1461

3255 2525 1459

3256 2526 1458

3263 2533 1451

3268 2538 1446

3273 2543 1441

3275 2545 1439

3276 2546 1438

3283 2553 1431

3289 2559 1425

3290 2560 1424

3295 2565 1419

3297 2567 1417

3298 2568 1416

3303 2573 1411

3305 2575 1409

3313 2583 1401

3315 2585 1399

3323 2593 1391

Table with columns: Per. Jul. * C, Mundi, Ante Chr. 3314, 20 18, 1390; 3317, 21 2, 1387; 3310, 26 5, 1384; 3311, 27 6, 1383; 3315, 3 D, 1379; 3338, 6 13, 1376; 3341, 9 16, 1373; 3344, 2 19, 1370; 3347, 5 3, 1367; 3351, 19 7, 1363; 3353, 4 9, 1361; 3364, 4 1, 1350; 3365, 5 2, 1349; 3370, 0 7, 1344; 3375, 15 12, 1339; 3381, 21 18, 1333; 3385, 25 3, 1329; 3387, 27 5, 1327; 3391, 3 D, 1323; 3393, 5 11, 1321

ORITHIAM Erechthei filiam Bo-reas Afraxi F. Thrax rapuit. Euse-bius. ERECHTHEO regnante mysteria Cereris instituta sunt ab Eumolpo. Euseb. ARGIVIS XI. regnavit Abas annis XXIII. Euseb. PHRYXUS cum Helle sorore nover-cales infidias fugiens navi vehitur, cujus insigne aries erat. Euseb. ASSYRIIS XXIII. regnavit Lampar-es annis XXX. Euseb. Sicyoniorum rex XX. fuit Polybus annis XL. Euseb. GANYMEDES Trois F. Dardani pronepos à Tantalò Phrygia rege rapitur annis LXV. post Idæ incen-dium. Clem. Alex. i. Strom. ELEUSINIUM Eumolpo Thrace in auxilium adscito cum Atheniensibus bellum gerunt. Euf. [Hac referri vo-lebat Petavius ad annum Per. Jul. 3365. In Dardania Trois regnavit, à quo Troës nuncupati. Euseb. PHEMONOE vates prima versibus Heroicis oracula fundit apud Del-phos. Euseb. TANTALUM hoc anno Phrygas re-xisse scribit Eusebius. Sed diu ante regnare cepit. Idem & bellum inter Troem & Tantalum ob raptum Ganymedis biennio post collocat. Sed Clementi magis accredimus. ARGIVORUM XII. rex Proetus Aban-tis filius regnavit annis XVII. Euseb. Persei expeditio, & Isthmiorum institutio annis XV. post raptum Ga-nymedis. Clem. Alex. i. Strom. PELOPS Hippodamiam duxit. Eu-seb. ex edit. Pontaci. ASSYRIIS XXIV. regnavit Panyas annis XIV. Euseb. Athenis VII. regnavit Cecrops ERECHTHEI frater annis XI. Euseb. ARGIVORUM XIII. rex Acrisius Proeti frater annis XXXI. Euseb. SICYONIS XXI. regnavit Janiceus annis XIII. Euseb. DIONYSIUS, qui & Liber, expeditio-nem egit in Indiam. Euseb. Circa hoc tempus Janus in Italia regnare cepit, annis CL. ante adven-tum Aeneæ. Dion. Halicarn. i. CADMUS Thebis regnavit. Euseb. Ilium hoc anno conditum est, qui est XXXIV. ab expeditione Persei. Vetus Chronologus apud Clement. i. Strom. PELOPS Tantali filius Peloponneso regnans Olympiis praesuit: qui ad-versus Ilium bellum postea gessit. Euseb. Vide Diodorum libro IV. pag. 191. Eodem tempore Spartorum fabu-læ origo data: qui e fati serpentiis dentibus orti finguntur. Nimirum quod vicinis e regionibus repen-tè contra Cadmum exciti sunt; ut Pa-lephatus memorat. Euseb. TERTIA Judaeorum servitus, quan-do Jabin Chananzorum rex in po-

testatem illos habuit annis XX. Jud. IV. 3. PERSEUS Acrisium avum impru-dens occidit. Ideo Mycenæ se con-tulit, eodémque transtulit imperium, quod per Sthenelum Persei filium ad Agamemnonem usque propagatum est: Talao interim Argis regnante; cujus filius Adrastus. Vide lib. IX. cap. XVIII. Primus ergo Mycenæo-rum regum numerandus est Perseus, quem injuriâ pratermisit Eusebius: cum tamen LVIII. fere annos regna-verit. ATHENIS VIII. regnat Pandion Erechthei filius annis XXV. Euseb. Eodem tempore Midas in Phry-gia regnabat. Id. ASSYRIIS XXV. regnavit Sofarmus annis XIX. Euseb. JUDEOS ad Deum confugientes liberavit hoc anno Debora cum Ba-racco: indidemque XL. illius anni pro-ficiuntur. Jud. V. 32. SICYONIS XXII. regnavit Phaestus annis VIII. Euseb. SICYONIS XXIII. regnavit Adra-stus IV. Euseb. CIRCA hoc tempus Adrastus Si-cyoniorum rex relicta Sicyone vide-tur Argos repetisse, ibidemque re-gnasse. Vide lib. IX. cap. XVIII. ASSYRIIS XXVI. regnat Mithraus annis XXVII. Euseb. Sicyoniis XXIV. Polyphides regnat annis XXXI. Euseb. Hoc fere tempore Siculi ex Italia pulsi in Siciliam traiciunt: rety y-væ ante Troica. Dion. Halic. lib. I. Diodorus. Athenis IX. regnat Aegæus Pan-dionis filius. Eusebius. Fulsus erat à Metionidis Pandion. Pausanias. Euseb. CYZICUS à cognomine rege in Asia condita. Euseb. MILETUS condita. Euseb. ARGONAUTARUM expeditio in hoc tempus convenit, annis LXIV. post Ilii conditum; ut refert Clem. Alex. ante Trojanum excidium annis LXXX. atque ita Eusebius ex editione Sca-ligeri. Hoc si verum est, tum aut falsum erit in ea expeditione Casto-rem fuisse, aut hos ipsos Helenæ fuisse fratres. alioqui Trojani belli tempore anus hæc decrepita foret. MORTUA Debora quarto in ser-vitutem traditi sunt Judæi, servie-runtque Madianitis annis septem. Jud. VI. 1. ASSYRIORUM XXVII. Teutamus re-gnat annis XXXII. Euseb. MYCENARUM secundus rex Sthe-nelus Persei filius annis VIII. post Perseum. Euseb. JUDEIS sub Madianitarum jugo gementibus vindicem Deus misit Gedeonem: qui annis XL. populo praesuit. Jud. VI. 11, 28. Sicyoniis XXV. regnavit Pelasgus annis XX. TYRUS hoc tempore condita annis CCXL. antequam Salomon templum excitaret. Josephus, & Eusebius.

Table with columns: Per. Jul. * C, Mundi, Ante Chr. 3402, 13 2, 1312; 3407, 18 9, 1307; 3410, 22 9, 1304; 3413, 25 12, 1301; 3417, 1 16, 1297; 3425, 9 5, 1289; 3428, 12 8, 1286; 3429, 13 9, 1285; 3430, 14 10, 1284; 3432, 16 12, 1282; 3439, 23 19, 1275; 3451, 7 12, 1263; 3453, 9 14, 1261; 3456, 12 17, 1258; 3459, 15 1, 1257; 3460, 16 2, 1254; 3463, 18 4, 1253

Table with columns: Per. Jul. * C, Mundi, Ante Chr. 3467, 23 9, 1247; 3470, 26 12, 1244; 3476, 2 18, 1238; 3480, 6 3, 1234; 3483, 9 6, 1231; 3484, 10 7, 1230; 3488, 14 11, 1226; 3492, 18 15, 1222; 3493, 19 16, 1221; 3495, 21 19, 1218; 3498, 24 1, 1216; 3500, 26 4, 1214; 3502, 28 7, 1211; 3505, 31 10, 1209

MYCENIS tertius regnavit Eury-theus annis XLIII. Euseb. EVANDER ex Arcadia profectus in Italiam pervenit annis LX. ante Troicam. Dion. Halic. lib. I. HERCULES in Italiam venit, ab eâ-que anno sequente digressus est, an-nis LV. antequam Aeneas adveniret. Dion. Halic. SICYONIS XXVI. & ultimus regnat Zeuxippus annis XXXIII. Euseb. THESEUS in Cretam missus Mino-taurum conficit annis XXXII. post Argonautarum expeditionem. Ve-tus Chronologus apud Clement. i. Strom. Nondum verò Theseus re-gnum ceperat. Unde prochronismo peccat Eusebius. THESEUS Athenis X. regnavit an-nis XXX. Euseb. ante Trojanum exci-dium annis XLVII. ut ait Vetus Chronol. apud Clem. ex quo casti-gandus est Eusebius. ASSYRIIS XXXIII. regnavit Teu-tæus annis XLIV. Euseb. LYDORUM regnum Heraclidæ ob-tinent. quorum primus regnavit Ar-gon. Herod. lib. I. Vide lib. X. cap. V. SEPTEM principum adversus The-bas expeditio hoc anno contigit, ni-mirum XXXVII. ante excidium Trojæ: ut auctor est vetus Chronologus apud Clem. lib. I. Strom. OLYMPIA ab Hercule instituta an-nis CCCCLII. ante Iphitæ, ac trien-nio post septem ducum expeditionem: ut auctor est vetus apud Cle-mentem Chronol. Eodem anno mortuus est Hercu-les. Vide quæ infra ad annum 3611. notamus. LATINUS in Latio regnare cepit annis antequam Aeneas adveniret XXXV. Dion. Halic. lib. I. MORTUO Gedeone, Israëlitæ ad sacrilegos Bahalis cultus, contem-pta patria lege, relapsi sunt. Abimelech Gedeonis filius à Sichimitis evectus ad regnum fratres suos LXX. viros interficit: ipsèque tribus annis imple, ac crudeliter praesuit. Jud. VIII. 33, & IX. 22. Hoc anno conditam esse Cartha-ginem à Zoro, & Carchedone Phi-listus scripserat: ut in Chron. refert Euseb. EPIGONI, id est Ἐπίγονοι ὄνομα filii, decem annis post Thebanam expeditionem, paternis injuriis ul-ciscentes, Thebanos ingenti pugna superant, Alcmaone Amphiarai fi-lio duce. Diodorus lib. IV. pag. 187. Pausanias. Abimelech civilibus discordiis exercitus cum suis bello premeret, ac Thebes civitate capta, turrim ejus mediam obsideret, incautus subiens, saxo à muliere ictus perit. Jud. IX. Post hunc Thola judex praesuit annis XXI. Jud. X. 2. AMAZONES in Atticam irruptio-nem faciunt, novem annis post Her-culis Olympia. Vetus Chronologus apud Clementem. ex quo Eusebius redarguitur, qui eodem anno Her-culis agonem, & Amazonum expeditio-nem collocat.

Helenam Theseus rapit. Idem Chronologus. EURYSTHEUS Herculis posteros in-fesquens, qui ad Athenienses recep-tum habuerant, bello in Atticam illaro, prælio vincitur, & ab Hyllò interficitur. Cum ad hanc expeditio-nem proficisceretur, Atreum avunculum suum Mycenis praescit. (Is ob Chrysiptum Pelopis ex alia conjugè filium Hippodamiæ matris suæ hortatu sublatum è medio pulsus à patre ad Eurytheum concesserat.) Igitur Mycenæorum consensu re-gnum Atreo defertur. Thucyd. lib. I. Victores Heraclidæ Peloponnesum occupant; sed subinde pestilentia vexati in Atticam redeunt. Apollo-dorus. At Diodorus lib. IV. Hera-clidas refert ab Atreo Peloponnesi aditu prohibitos. quando & Hyllum singulari certamine Echemus Tegea-tarum interfecit. Vide lib. IX. cap. XXX. Ex iis castiganda est Eusebii ἀπιστοσύνη, qui post Eurytheum an-nis LXV. regnasse Atreum, & Thye-stem perhibet, atque anno Abraami DCCLVI. iniisse, hoc est Julianæ Pe-riodi 3453. antequam Pelops Hip-podamiam illorum matrem duceret. Quocirca non pluribus quam sex annis Mycenis regnavit Atreus. ATREO mortuo regnavit Aga-memnon annis XVII. Clem. Alex. i. Strom. Sicyoniorum regnum hoc fere tempore desit: quod ab Agame-mnone occupatum esse verisimile est. Succedere Sacerdotes annis XXXIII. Euseb. THESEO pulso regnavit Mene-sitheus Peteo filius, Erechthei prone-pos. Pausan. Corinth. pag. 67. Ten-nit annos XVII. Plutarchus in The-seo propter Helenæ raptum illato à Tyndaridis bello refert Menestheum Athenienses contra Theseum concitasse. qui in Scyron abiens, ibidem perit. HERCULES in Deorum numerum relatus est. Euseb. Diodorus lib. IV. auctor est Menestium Agoris filium Opuntis persuasisse, ut Herculi tanquam Heroi sacrificarent: quod Thebani deinde, & Athenienses imi-tati sunt. HELENAM Paris rapuit. Qua ex causâ decennale ad Trojam bellum exortum est. Euseb. HELI circa hoc tempus nascitur: qui mortuus est anno ætatis XCVII. i. Reg. IV. 15. JAIR Galaadites de tribu Manasse Tholæ judici succedit, annis XXII. Jud. X. 3. ASSYRIORUM XXIX. Thinaus re-gnat annis XXX. Euseb. Troja hoc anno à Græcis expu-gnatur. Vide lib. IX. cap. XXIX. Aeneas autumnò ineunte solvens in Thraciam venit, & ibi hiemat. Dion. Halicarn. lib. I. MENESTHEO in Melo insula mor-tuo, Athenis regnavit Demophoon Thesei filius. Euseb. Aeneas ineunte vere in Siciliam navigat, ubi & hiemem transegit. Dionysius Halicarn. lib. I. Egilthus Agamemnone interfecto Mycenis regnat annis VII. Euseb. AENEAS Tyrreno mari superato, ætivo tempore Laurentum appulit.

Table with columns: Per. Jul. * C, Mundi, Ante Chr. 3509, 9 13, 1209; 3514, 14 18, 1200; 3515, 15 19, 1199; 3516, 16 1, 1198; 3520, 20 5, 1194; 3521, 21 6, 1193; 3526, 26 11, 1188; 3530, 1 16, 1184; 3531, 3 D, 1183; 3532, 4 C, 1182

Per. Jul. * O	Mundi.	Ante Chr.
3533 5 18 B A	2803	1181
3537 9 3 D C	2807	1177
3538 10 4 B	2808	1176
3547 19 13 E	2817	1167
3548 20 14 D	2818	1166
3550 22 16 A	2820	1164
3554 16 1 C	2824	1160
3560 4 7 C	2830	1154
3561 5 8 B A	2831	1153
3562 6 9 G	2832	1152
3564 8 11 E	2834	1150
3571 15 18 C	2841	1143
3575 19 3 E	2845	1139
3577 11 5 C B	2847	1137
3578 22 6 A	2848	1136
3579 23 7 G	2849	1135
3580 24 8 F	2850	1134
3586 2 14 E	2856	1128
3599 15 8 C	2869	1115
3600 16 9 B	2870	1114

DE DOCTRINA TEMPORUM,

ubi Lavinium condidit. Dion. Hal. lib. 1.
 Ruruli Turno duce contra Latini-
 num & Aeneam bellum movent
 Caeso Latino, atque Turno regna-
 vit Aeneas in Latio tribus annis &
 quartum attigit. Id.
 AENEAS hoc anno moritur. suc-
 cedit Ascanius II. Latinorum rex
 annis xxxviii. Dion. Halicarn. &
 Euseb.
 ORESTES Aegistho interfecto My-
 cenis regnavit annis lxx. Velleius.
 SICYONIUM regnum fundi-
 tus hoc anno desit, quod annis cir-
 citer mille tenuit. Vide libro ix.
 cap. xvi.
 Cum Israelitae ob scelera sua duo-
 deviginti annos ab Ammonitis, &
 Palastinis gravi servitutis oppressi
 jugo fuissent; demum Septe duce in
 libertatem averti sunt. Is temerarii
 voti reus filiam Deo mactat, & sex
 annis principatum tenet. Jud. xii.
 ORESTES Pyrrhum Delphis occi-
 dit. Euseb.
 ABESAN Judex annis vii. praefuit.
 Jud. xii. 9.
 ASSYRIIS xxx. regnavit Dercylas
 annis xl. Euseb.
 ELON Zabulonites annis x. Judex
 fuit. Jud. xii. 13.
 ASCANIUS Albam longam condi-
 dit annis xxx. post Lavinium extru-
 ctum. Dion. Halic. lib. 1.
 ATHENIS xiiii. regnat Oxyntes
 annis xix. Euseb.
 ABDON Judex annis viii. Jud.
 xii. 14.
 ASCANIO MORTUO III. Latio re-
 gnavit Silvius Postumus Aeneae filius,
 quem Iulo filio suo pater Ascanius
 anteposuit. Ab illo reges Albani
 deinceps Silvii vocati sunt. Regna-
 vit ille annis xxxix. Halicarn.
 XIV. Athenis regnat Aphidas
 anno i. Euseb.
 Lydorum regnum hoc anno ab
 Heraclidis inchoatum est; ex Hero-
 doto lib. 1.
 XV. Atheniensium rex Thymae-
 tes annis viii. Euseb.
 SAMSON Israelitarum judex annis
 xx. praefuit. Jud. xvi. 31.
 Eodem tempore Eli sacerdos Pon-
 tificatum inuit annos natus lviii.
 Vide lib. ix. cap. xxxiii.
 Hoc anno natus creditur Sa-
 muel.
 XVI. Atheniensium rex Melan-
 thus Andropompi filius Thymotem
 per fraudem interficit, genere Py-
 lius. Ita Cecropidarum regnum an-
 nos ccccxxx. tenuit. Caesor apud
 Eusebium.
 SAMSONE apud Philistaeos occiso,
 Eli Pontifex reliquos xx. annos Ju-
 dicialia functione gubernavit. Lib. 1.
 Reg. iv. 18.
 ASSYRIIS xxxi. regnat Eupales an-
 nis xxxviii. Euseb.

SILVIO Postumo quartus Latino-
 rum rex successit Aeneas Silvius an-
 nis xxxi. Dion. Halic.
 ORESTE mortuo anno regni sui
 lxx. Mycenis regnant Tifamenus,
 & Penthilus annis tribus. Velleius
 lib. 1.
 HERACLIDE ducibus Temeno,
 Crephonte, & Aristodemo Pelo-
 ponnesi imperium occuparunt anno
 octogesimo post excidium Trojanum.
 Velleius lib. 1. Pausanias. Thucyd.
 lib. 1. Vide lib. ix. cap. xxx.
 Sub hoc tempore Pentchilo Orestis F.
 duce, Graecorum colonia primam in
 Thraciam profecta; post, eo mor-
 tuo, in Asiam trajecit, quam Aeliam
 coloniam vocant. Strabo libro
 xiiii. initio.
 CORINTHIORUM regnum hoc anno
 cepit. Primus regnavit Aletes annis
 xxxv. Euseb.
 Lacedaemoniorum regnum itidem
 initium habuit ab Heraclidis cap-
 tum, ac per regias duas familias
 propagatum, Eurythenidarum, &
 Proclidarum. Vide libro ix. cap.
 xxxi.
 Tifamenus Orestis F. adversus
 Ionas in Achaia pugnans moritur.
 Sed ejus exercitus victis Ionibus eor-
 um sedes occupat. Iones Athenas
 confugiunt, & a Melancho exci-
 piuntur. Pausan. Achaicis.
 Hoc anno Israelitae a Palastinis
 ingenti acie victi. Arca Dei capta.
 Heli Pontifex mortuus est. Libro 1.
 Reg. iv.
 SAMUEL annum agens circiter xl.
 post Heli populo praefuit, annis in
 totum, & cum Saule, xl. Act. 20.
 XVII. Atheniensium rex Codrus
 Melanthis F. annis xxi. Euseb.
 EXCLUSI ab Heraclidis Orestis
 liberi decimo quinto anno sedem
 cepere circa Lesbum. Vide cap. xxx.
 lib. ix.
 SUB hoc tempus natus videtur
 David Isai patre.
 PELOPONNESII Athenis bellum in-
 ferunt. Euseb. [Addidit hic Peta-
 vius: in eo bello cum Peloponnesii
 expeditionem in Atticam egissent,
 neque admodum promovissent, in
 reditu Megaris captis, quae Athe-
 niensium haecenus erant, ad Corin-
 thios & socios transfulerunt. Ita
 Megara Atheniensibus erepta & in
 Doris transscripta. Pausanias Attic.]
 LATINUS quintus ab Aenea Latio
 regnat, annis li. Dionys. Halicarn.
 lib. 1.
 ASSYRIIS xxxii. regnat Laofthe-
 nes annis xlv. Euseb.
 POSTquam annis xx. arca in Ca-
 riathiarum mansisset, Samuel popu-
 lum in Maspha cogit, ibique ad
 Idololatriam extinguendam serio
 cohortatur. Itaque fedus ibi cum
 Domino pacifcuntur. Post paulo
 Philistaei in acie superati. Libro 1.
 Reg. vii.
 CODRUS ex oraculo pro patria cap-
 tum suum obiciens in praelio cum
 Peloponnesiis occiditur. Ita desit
 regibus Archontes perpetui creati;
 quorum

Per. Jul. * O	Mundi.	Ante Chr.
3604 20 13 D	2874	1110
3608 24 17 F	2878	1106
3611 17 1 B	2881	1103
3618 6 8 G	2888	1096
3619 7 9 F	2889	1095
3623 11 13 A	2893	1091
3626 14 16 D	2896	1088
3629 17 19 A G	2899	1085
3630 18 1 F	2900	1084
3635 23 6 G	2905	1079
3638 26 9 C	2908	1076
3639 27 10 B	2909	1075
3643 3 14 D	2913	1071

LIBER DECIMUS TERTIUS.

quorum primus Medon annis xx.
 Euseb. Vide Just. lib. 11. Pauf. Achai-
 cis.
 Hoc circiter anno cum Israelitae
 regem a Samuele postulasent, Saul
 e tribu Benjamin communibus suf-
 fragiis eligitur. Lib. 1. Reg. cap. 9.
 CORINTHIIS II. regnavit Ixion
 annis xxxvii. Euseb.
 DAVID circa annum aetatis xxi.
 aut xxii. a Samuele in regem inun-
 ctus est. Lib. 1. Reg. cap. 16.
 Hoc anno circiter mortuus est
 Samuel, biennio ante Saulem: ut
 Clem. Alex. refert lib. 1. Strom.
 AGIS Eurythenis F. secundus
 Lacedaemoniorum rex anno 1. Euseb.
 TERTIUS Lacedaem. rex Eche-
 stratus annos xxxv. Euseb.
 Saul hoc anno a Philistaeis in pu-
 gna vincitur, & occiditur cum Jo-
 nathane filio, 1. Reg. xxxi. Solus
 hic xl. circiter annis regnavit.
 David a tribu Judae Hebrone in
 regem delectus inungitur. 11. Reg.
 11. Regnavit primam in ea tribu
 annis vii. mensibus vi. Toti porro
 Israel annis xxxiii. mensibus vi.
 In totum ergo, annis xl. lib. 11.
 Reg. 11, 11. & cap. v. 5. Interim
 Isobeth filius Saul in reliqua Israe-
 litide regnat.
 IONICA migratio anno cxi. a
 conjugatione Graecorum ad Auli-
 dem, cxxx. a capta Troja. Eodem
 anno Lesbos frequentari coepit.
 Vide cap. 30. lib. 9.
 ACERRIMUM praelium inter Joa-
 bum & Abnerem commissum est,
 cum jam biennio Isobeth regnasset.
 11. Reg. 11. Hazael Joabi frater ab
 Abnere in eo praelio caeditur.
 ACASTUS II. Archon Athenis
 praefuit annis xxxvi. Euseb.
 IROMUS rex Tyri Abibali filius,
 quo cum David amicitia junctus est,
 hoc circiter anno regnare cepit. Vi-
 de lib. 9. cap. 62. & lib. 11. Reg.
 v. 11.
 Hoc anno Isobeth Saulis filius
 interfectus est: & David Israelitis
 omnibus regnare cepit. 11. Reg. cap.
 4. & 5.
 DAVID Sionis arcem, pulsus Je-
 busais, expugnat. Inde contra Phi-
 listaeos praelium. cap. 6.
 DAVID Arcam e Gabaa de do-
 mo Aminadab transfert in arcem
 Sionis, postquam in domo Obede-
 bom Getthai tribus mensibus con-
 sedit; quod Dominus Oziam inter-
 fecisset. Cap. 7.
 ASSYRIIS xxxiii. regnat Pi-
 rithiades annis xxx. Euseb.
 Davidis adulterium, & Urias mors
 contigit bello Ammonitico. cap. xi.
 Circa hoc tempus Salomon na-
 tus est. Eodem anno incestus Am-
 monis filii David cum sorore Tha-
 mare. Cap. 13.
 SUB hoc tempus Absalom fra-
 trem suum Amnonem interficit. cap.
 xii. 23.
 Hinc ad regem Gesur confugit.
 com. 37. ibique tribus annis resedit.
 CUMA Phricotis, sive Aelicia in
 Asia condita est annis xx. post fre-
 quentatam incolis Lesbos. Herod.
 in vita Homeri.

ABSALOM post triennii exilium
 Hierosolymam revertitur. Cap. xiv.
 Sed aspectu patris interdicitur duo-
 bus annis. Cap. xv. 28.
 ABSALOM patrem e folio deji-
 cit, anno xl. a creatione Saulis. Lib.
 11. Reg. xv. 7. quarto postquam
 Hierosolymam revererat.
 Latinorum v. regnavit Alba Sil-
 vius Aeneae Silvii F. annis xxxix.
 Euseb.
 Corinthiis III. regnavit Agelaus
 annis xxxvii.
 SMYRNA a Cumaeis condita an-
 nis clviii. post excidium Troja-
 num. Herod. in vita Homeri. Ho-
 merus sub hoc tempus nascitur anno
 clxviii. ab expeditione Graecorum
 in Troadem, sive conspiratione ad
 Aulidem. Vide cap. 30. lib. 9.
 LABOTES Lacedaemoniorum iv.
 rex annis xxxvii. Euseb.
 DAVID Salomonem successorem
 designat annos natum xxiiii. lib. 11.
 Reg. cap. 1.
 PRIMUS annus Salomonis inci-
 pit; qui annis xl. regnavit. Eodem
 anno moritur David. Lib. 11. Reg.
 cap. 11.
 Archippus Archon III. Athenis
 praefuit annos xix.
 Adonias Salomonis frater occi-
 ditur. Cap. 11.
 Hoc tempore Salomon Pharao-
 nis filiam conjugem duxit. Cap.
 111, 1.
 SALOMONI per visum Deus ap-
 paret, eique summam sapientiam in-
 dulget. Cap. 111, 1.
 Hoc anno Templi fundamenta
 jacta sunt a Salomone. Vide lib. 9.
 cap. 33.
 ASSYRIIS xxxiv. regnavit Ophra-
 ctus annis xxxi. Euseb.
 ANNO undecimo Salomonis tem-
 plum, ejusque ornamenta, vasque
 omnia perfecta sunt. Lib. 3. Reg.
 cap. vi. 38.
 ANNO duodecimo Salomonis,
 absoluto templo, Arca in adytum
 illata est. ac dedicatio Templi magno
 apparatu, anno Sabbarico ineunte,
 mense videlicet vii. facta est. Lib. 3.
 Reg. cap. 8.
 Exinde Salomon palatium sibi, ac
 filiae Pharaonis aedificat.
 ATHENIS Archon perpetuus iv.
 Therippus annis xli. Euseb.
 Circa hoc tempus aedificia Sa-
 lomonis absoluta sunt. Lib. 3. Reg.
 vii. 1. qua tredecim annis molitus
 est. Quamquam fieri potest, ut eod-
 em tempore Templum Domini, &
 magnifica illa palatia construxerit:
 itaque non xxxiii. regni illius anno,
 sed xvi. extrema manus operibus ad-
 hibita sit. Vulgo tamen post condi-
 tum Templi reliqua opera pertenuisse
 creditur. Secundum quae Hiram
 regi mercedis nomine oppida viginti
 obtulit. Cap. ix. 12. Quare ad hoc
 usque tempus vixerit Hiram, ac
 diutissime regnavit. Nos in cap. 61.
 lib. 9. Hiram annos lxxx. assigna-
 mus. Unde finis ejusdem anno 3719.
 tribuendus erit. Quae sententia de-
 fendi potest, si post jacta Templi
 O o 3 fun-

Per. Jul. * O	Mundi.	Ante Chr.
3681 13 14 FE	2951	1033
3685 17 18 AG	2955	1029
3688 20 2 D	2958	1026
3694 26 8 C	2964	1020
3698 2 12 E	2968	1016
3699 3 13 D	2969	1015
3700 4 14 C	2970	1014
3701 5 15 B A	2971	1013
3702 6 16 G	2972	1012
3704 8 18 E	2974	1010
3709 13 4 FE	2979	1003
3710 14 5 D	2980	1002
3718 22 13 A	2988	996
3722 26 17 C	2992	992

DE DOCTRINA TEMPORUM,

Per. Jul. * Ⓞ	Mundi.	Ante Chr.
3744 18 19 A	2994	990
3725 1 GF	2995	989
3731 7 F	3001	983
3739 15 15 C	3009	975
3740 16 16 B	3010	974
3741 17 17 AG	3011	973
3743 19 19 E	3013	971
3744 20 1 D	3014	970
3750 26 7 C	3020	964
3752 28 9 A	3022	962
3750 4 13 C	3026	958
3757 5 14 BA	3027	957
3759 7 16 F	3029	955
3700 8 17 E	3030	954

fundamenta aliquot annis palatio-
rum adificationem aggressus putetur
Salomon. Hiromo successit filius
ejus Baazarus, cui IX. annos Jofe-
phus attribuit.
Regina Saba sub id tempus ad Sa-
lomonem venit. Cap. 10.
Corinthiorum IV. rex Prymnis
annis xxxv.
LATINORUM sextus regnavit
Capetus annis xxvi. Halic. 1.
ASSYRIORUM xxxv. rex Epha-
cheres annis lii. Euseb.
DORYSSUS Lacedæmoniorum quin-
tus rex annis xxix. Euseb. [Addit
Petavius: Pausanias Lacon pag. 82.
ait Doryssum & Agelilaum non diu
regnasse, & Agelilat tempore Ly-
curgum leges tulisse.]
Abdastatus Belezari F. hoc an-
no cepit, qui annis novem regna-
vit. Jofephus contra Appionem lib. 1.
SALOMONE mortuo Roboamus
filius regnum inivit, quod annis xvii.
tenuit. Lib. 3. Reg. xv. 1.
Eodem anno cum Roboamus ju-
venilibus consiliis obsecutus popu-
lum in sese concitasset, scisso Da-
vidis regno, partem ejus Jeroboam
filius Nabat obtinuit: quem designa-
tum à Deo regem per Prophetam
Achiam Salomon interficere volue-
rat. Hinc Israël ortum est regnum,
anno Sabbatico labente. Primus
Israëlitum rex Jeroboam annis xxi.
De annis utriusque regni princi-
pum consule lib. 9. cap. 55.
Jeroboam cum à Templo ac reli-
gione patria, cujus arx Hierosoly-
mis erat, divortium fecisset, missus
est ad eum Propheta, qui altaris,
quod in Bethel extruxerat, everfio-
nem prædixit. III. Reg. xlii.
Hoc anno IV. Tyrionum Abda-
stratus interfecit est à nutricis filiis:
Jofephus.
Hoc anno circiter Joiada natus
videtur. Vide infra anno 3870.
ASTARTUS Tyri rex annis xlii.
Jofeph. 1. con. App.
SESAC Ægypti rex Hierosolyam
veniens sacros, ac profanos thesau-
ros diripuit. III. Reg. xiv. 25.
CAPYS octavus ab Ænea Latinis
regnavit annis xxviii. Dion. Halic.
Lib. 1.
ASTARTUS sextus Tyri rex an-
nos xlii. Jofeph. con. App.
ABIAM quartus rex Juda mortuo
Roboamo inivit, ac regnavit annis tri-
bus. III. Reg. xv. 2. Hic ingentes
Jeroboami copias attrivit. II. Par.
xiii.
CORINTHIORUM rex V. Bac-
chis annos xxxv. Euseb. Ab hoc
Bacchiada nominati.
ASA rex Juda post Abiam regna-
vit annis xli. Cap. xv. 10. Fuit reli-
giosus Domini cultor. Nam aris idolo-
rum, lucisque destructis paternæ
idololatriæ vestigia sustulit.
Athenis Archon perpetuus V.
Phorbas annis xxxi. Euseb.
JEROBOAMO mortuo secundus
rex Israël Nadab ejus filius anno
I. Vide lib. 9. cap. 55.

Lacedæmoniorum sextus rex Age-
filus annis xlii. Euseb.
TERTIUS Israëlitis regnavit Baafa
annis xxiii. Chronologicis.
Baafa rex contra Asam munire
Ramam instituit. Sed Benadad Sy-
ria rex ab Asa muneribus persuasus
in Israëlidem irruit, & Baafam re-
vocat cap. xv. 17. anno xxxvi. à di-
visione scilicet utriusque regni. II.
Par. xv. 19. & xvi. 1.
TYRIORUM rex septimus Aferymus
regnavit annis ix. Jofephus.
Hoc anno circiter natus est Jofa-
phat. III. Reg. xxii. 42.
TYRIORUM VIII. ab Abibalo rex
Pheles Aferymi frater & interfector
mensibus viii. Jofephus con. Appio.
TYRIORUM IX. rex Ithobalus annis
xxxii. Jofephus.
Hoc ferè tempore Asa rex Ju-
da Zaram Æthiopem fudit. II. Par.
xiv. 9.
ASSYRIORUM xxxvi. rex Acracae-
nes annis lxi.
LATINORUM VII. Calpetus
annis xlii. Dion. Halicarn. lib. 1.
ELA rex Israël solus uno anno
regnavit. Lib. ix. cap. lv.
ZAMRI Hela rege occiso regnavit
diebus viii. Qui ab Amri obfessus
in Therfa seipsum cum domo regia
combussit. III. Reg. xvi.
Amri itaque regnavit annos xi.
MEGACLES sextus Archon perpe-
tuus Athenis annis xxx. Euseb.
LATINORUM IX. rex Tiberinus an-
nis viii. Qui ad Tiberim prælio
victus, & occisus, & gurgite absor-
ptus fluvio nomen dedit, qui prius
Albula dicebatur. Halic. 1.
CORINTHIORUM sextus Agelastus
annis xxx. Euseb.
ISRAELITARUM VII. rex Achab an-
nis xxi. Vide cap. lv. lib. ix. Hic
Amri filius, & paternæ impietatis
heres hanc insuper majori, quam
quæ in aliis fuerat, perfidia cumu-
lavit. Hic Jezabelem filiam Ithobali
Tyrionum regis uxorem duxit (III.
Reg. xvi. 31.) qui jam annum re-
gnabat xxiv. Vide quæ supra ad
annum 3722. dicta sunt.
ASA pedibus agrotans Deum non
requirit, sed magis in medicorum
arte confidit anno xxxix. regni sui.
II. Par. xvi. 12.
LATINORUM VIII. x. Agrippa annis
xli. Dion. Halic.
ASA mortuo sextus rex Juda Jo-
saphat regnavit annis xxv. Lib. iii.
Reg. cap. xxii. 42. Fuit hic reli-
giosus ac pius.
JOSAPHAT anno tertio regni sui,
qui erat Sabbaticus, principes suos
cum Levitis & Sacerdotibus ad do-
cendum populum ubique mittit.
II. Par. xviii. 7. regnum suum præ-
sidiis firmat. Habuit autem militum
ii60000.
LACEDÆMONIORUM VII. rex Ar-
chelaus annis lx. Euseb.

Per. Jul. * Ⓞ	Mundi.	Ante Chr.
3761 9 18 DC	3031	973
3764 12 2 G	3034	970
3765 13 3 FE	3035	969
3773 21 11 CB	3043	961
3774 22 12 A	3044	960
3776 24 14 F	3046	958
3778 26 16 C	3048	956
3784 4 3 C	3054	950
3785 5 4 BA	3055	949
3790 10 9 B	3060	944
3791 11 10 A	3061	943
3792 12 11 G	3062	942
3797 17 16 AG	3067	937
3798 18 17 F	3068	936
3799 19 18 E	3069	935
3800 20 19 D	3070	934
3802 22 2 A	3072	932
3804 24 4 F	3074	930

LIBER DECIMUS TERTIUS.

TYRIORUM X. rex Bazedorus
annis vi. Jofephus cont. App.

ELIAS hoc ferè tempore prodit,
Achabi xlii. ut Hebræi sentiunt in
Seder holam annorum trium, men-
sium sex famem prædixit. lib. iii.
Reg. cap. xvii. Quæ quidem eogra-
vior fuit, quod anno primo hebdo-
madis annarum contigit, cum Sa-
baticus antecedens fuisset, nempe
3809. Elias porrò Dei monitu ad
torrentem Carith à corvo pabulum
acceptit. Inde se ad Sarephtanam
viduam recepit. cujus filium à mor-
tuis excitat. [Basilus Seleuc. orat.
de Elia priorem Elia facit Isaiam, in
fine.]

Hoc anno Elias Propheta ad
Achabum venit. Bahalis sacerdotes
cccl. jugulavit: pluviam impetra-
vit. Cap. 18. Ideo ab Jezabele qua-
situs ad necem fugit. Elifæum in
Prophetam delegit. Cap. 19.

Tyrionum XI. rex Matgenus an-
nis ix. Jofephus con. App.

BENADAD rex Syria adversus
Achabum ingentem exercitum com-
parat, reges habens secum xxxii.
Sed Propheta julii per cxxxii.
pedisequos inchoato prælio territi
funt Syri, & in fugam conversi. cap. 20.

BENADAD amotis regibus xxxii.
eorumque loco constitutis princi-
bus, bellum instaurat, & in plani-
tie pugnam instituit; quod Israëli-
tarum Deum montium tantummodo
prælidem esse crederet. Sed majori
quam antea strage fuffus est illius
exercitus. Centum in acie millia
cecidierunt. tum septem & viginti
millia ruina mari oppressa sunt. Ideo
pacem ab Achabo Syrus impetrat.
quo nomine à propheta severè est
increpitus cap. 20.

ACHAB Jezabelis scelere Nabo-
thiam vineam, circumvento per calum-
niam extincto domino, possidet.
Ob id increpante ipsum Elia, & in-
terminante, cum penitentia præ se
tulisset speciem, Dominum utcum-
que placavit. Cap. 21.

OCHOZIAS hoc anno à patre in
regni consortium adfiscitur. Vide
cap. iv. lib. 9. & lib. 3. Reg. xxii. 52.

TERTIO anno exeunte, quam
pax cum Syris facta fuerat, Achab
Ramothe Galaad nondum à rege Sy-
ria restitutam recuperare volens, ad-
iuncto sibi Jofaphat, in acie casus
est, cum nequicquam Michæas fu-
turam cladem prædixisset. Ochozias,
quod reliquum est anni hujus impe-
ravit. cujus exitu cum agrotasset,
Beelzebub consuluit, & mortuus est.
lib. 3. Reg. xxii. & lib. 4. cap. 1.

Elias igneo curru rapitur in ca-
lum, anno xvii. Jofaphat. Seder
holam. iv. Reg. cap. 11. Hujus lo-
cum Elifæus obtinuit, duplici à Deo
spiritu donatus. Qui Jerichuntinas
aquis potabiles reddidit. pueros sibi
maledictos devoverit.

JORAM IX. rex Israël Ochozia
frater annis xli. lib. 4. Reg. 11. 1.
perditus & ipse princeps; sed patre
aliquanto tolerabilior. Hic cum Jo-
saphat, & Idumæo rege contra Moa-
bitam regem profectus, & aqua pe-
nuria laborans, per Elifæum, in

gratiam Jofaphat, potum, ac dein-
de victoriam obtinet. Cap. 3.

Assyriorum postremus Thonos
Connoleros qui & Sardanapalus,
annos xx. Euseb.

ELISEUS inopi muliercula oleum
in vasis augeat. Sunamitidis filium im-
petrat. cap. 4.

JORAM à Jofaphato patre in re-
gni collegium assumitur. quo cum
annos iv. regnavit. Vide cap. iv.
lib. 9.

Atheniensium septimus Archon
perpetuus Diognetus annis xxviii.
Euseb.

Tyrionum rex XII. Pygmalion
annis xviii. Jofephus con. App.

CORINTHIORUM VII. rex Eu-
demus annis xxv. Euseb.
Sunamitidis filius ab Elifæo re-
vocatur ad vitam. iv. Reg. iv. Idem
Propheta septem annorum famem
prædicit. iv. Reg. viii. 1.
JOSAPHAT Philistæos, & Am-
monitas devicit. II. Par. xx.

JOSAPHAT mortuo Joram solus
regnavit annis iv. Qui fratres suos
occidit. II. Par. xxi. Idumæi ab Israë-
litarum rege deficiunt. II. Par. xxi. 8.

ANNO septimo Pygmalionis re-
gis Dido profecta Tyro Carthagi-
nem in Africa condidit, annis ante
Romam cxxxiv. Jofephus 1. con.
App.

OCHOZIAS rex Juda regnavit an-
no i. lib. 4. Reg. viii. 26.
Post septennalem famem, Sana-
mitis, quæ interim peregre abierat,
bona sua recuperat. iv. Reg. viii.

MORTUO Ochozia rege Juda,
Athalia mater Ochozia regia stirpe
sublata, tyrannidem usurpat annis
vi. lib. iv. Reg. cap. xi. Joiadas
summus Pontifex Joam filium Ocho-
zia furtim eripit, atque educat.

Hoc anno Lycurgi *Antigonia* con-
tigit. Nam Eratosthenes apud Clem.
lib. 1. Strom. scribit anno cxcix.
post Trojanum excidium, & cviii.
ante primam Olympiadem *Antigonia*
contigit. Atqui annus iste est centesi-
mus octavus ante primam Olympi-
adem. Cum igitur Polydecti regis
uxor post conjugis mortem postu-
mum peperisset, Charilaum hunc
appellavit Lycurgus, regnoque se
abdicans, id in parvulum transtulit,
ac pro tutore se gessit. Alii antiquio-
rem eundem; alii recentiorem fa-
ciunt. Vide Plutarchum in Lycurgo.

Eodem anno Jehu, Joram Israë-
lis, & Ochozia Judæ regibus inter-
fectis, x. Israëlitarum rex impera-
vit, annis xxviii. Idem & Jezabe-
lem, & Achabi domum omnem fun-
ditis exstinxit. iv. Reg. ix. & x.

JOAS Ochozia filius rex Juda à
Joiada Pontifice ad regnum evehi-
turus, occisa Athalia cap. xii. 1.
Regnavit annos xi.

Hoc anno Medorum imperio ab
Arbace datum est initium, Sarda-
napalo mortuo. Vide cap. 3. lib. 9.
Historiam verò ex Diodoro, & Ju-
stino repete. Regnavit Arbaces an-
nis xxvi. II.

LATINORUM rex XI. Alladius
annis xix. Hic perditus, & sacrile-
gus fuit, & stagnantibus aquis abfor-
puit est. Halic. lib. 1.

Per. Jul. * Ⓞ	Mundi.	Ante Chr.
3819 11 19 B	3089	891
3820 12 1 G	3090	894
3821 13 2 FE	3091	893
3821 14 3 D	3092	892
3823 15 4 C	3093	891
3825 17 6 AG	3095	889
3828 20 9 D	3098	886
3829 21 10 CB	3099	885
3830 22 11 A	3100	884
3836 28 17 A	3106	878
3838 2 19 E	3108	876
3840 4 2 C	3110	874